

Vro Celeb.  
 Godlieb Corho  
 S. P. D  
 W. Antrenius.

Quanto me gaudia exhilararunt litterae tuae, tanta aegri-  
 tudine sum affectus, cum eam collationem eandem esse  
 intelligerem illi, quam jam olim a Cl. Vossio institutam haberem,  
 licet negligentius in enotandis Varianum Cert. differentis vestitus  
 fuerit Vir Erud., adeo ut fortasse non inutile foret, si pro ea, qua est  
 humanitate, totam collationem (vel certe praecipuas lectiones) Neomagus  
 ad me velles transmittere, simul cum illis, quae domi tuae nativae  
 sunt, observationibus, rem mihi facturis longe gratissimam. Usibus tuis  
 paratam habeo, si desideras, collationem Epist. Plinii non spernendam, quae  
 te recensere velle ex Cl. Diakeno intellexi. Nam, et si quae alia sunt, quae  
 tuis commodis prodesse possent, ubi certior fuerim factus, ad te perferri curabo.  
 Summi in me sortiti nostri Dukerum curam Editionis Auralii Victoris, si quidquam  
 conferre velis, quod ad ornatum hujus libri potest facere, tuis in me meritis  
 magnum addes cumululum. Mss. Codices hujus scriptoris solent esse inter rariores.  
 Ordinis nostri Surmanni tandem ex Typothetarum carcere emissus est, quamvis nondum  
 publice proset. Phaedrus brevi sequetur. Recusa quoque est Lugduni Epistola Critica,  
 in qua Bentleyi notae in Phaedrum expenduntur. Prodiit haec nuper in  
 Anglia, auctore, ut fertur, Doct. Maire. Cl. Dukeris Thuididi Editioni operam  
 addidit. Haec petatatus scribo, iter Lugdunum meditans. Vale, Vir Eruditiss.  
 et tui observantissimum favore protegi perge. Troj. ad Athenam. X. Kal  
 Febr. MDCCLXXVI.



*Handwritten notes on the left side of the page, including the word 'Lipsium' written vertically.*

Clarum atq; Eruditissimo  
Vro Gotlieb Corbro &  
Re  
Lipsium.